

quales sunt parentes, tales filios, & filias nutriunt. Non attendunt illud Ecc. 17. Melior est vnus filius timens Deū, quam mille filij impij, & vile est mori sine filiis, quam relinquere filios impios.

Sed venient dies cum videbunt filios suos, premia recipientes, & aeterna scilicet supplicia, tunc dolebunt, sed frustra. Quod bene saluator inuuit Lu. 23. cum ait. Filij Hierusalem nolite flere super me, sed super vos, & super filios vestros, de quorum scilicet peccatis, quae perpetrant nunc dolere non vultis, quasi dicit. Nolite flere super me, qui temporales patrior penas, sed super vos, qui nunc in filiorum correctione negligēter agitis, & super filios vestros, quos vna vobiscum, in perpetuis tormentis videbitis.

Parētes
debent
cauti eē
in filio-
rū cura.

Debet & tertio habere parentes de pueris suis cantam prouidentiam, diligenter vias eorum per se, & alios periclitando, negotia eorum inquirendo, vt scire possint, a quibus corrigātur & quibus inherere compellant. Sic enim diligenter puerum Iesum quaesierunt mater, & Ioseph, & apud cognatos & in templo, quem inuenientes quid caute habuisset, interrogabat mater. d. Fili quid fecisti nobis sic? Et inuentum, quamuis in diuissimo opere, tamen secum in domo propria in subiectione debita nutrierunt. Sic enim ait euangelista. Et descendit cum eis, & venit in Nazareth, & erat subditus illis. Alioquin nisi sic agant parentes, quam super filios vagos firmabunt custodiam? Ad quam horreatur eos sapiens Eccle. 26. dicens. In filia non auertente se firma custodiam, & similia multa. Ecc. 42. Et puer, qui dimittitur voluntati suae confundet matrem suam, ait Solomon Proverb. 29. Sed hodie omnia in contrarium fieri videmus, vt plurimum. Exponuntur filij, & filiae choreis turpibus societatibus, prauis colloquijs, quae (vt apostolus ait) corrumpunt mores bonos 1. Corinthio. 15. Et si quandoque parentes auisantur de filiorum turpitudinibus, non credunt, et amicū auj

sanctam odiunt, & persequantur. Sed & ve nihil desit in honestati, videre est iam quasi in singulis vicis dissolutas, vagasque fornicatrices, quae filias vestras suis dissolutionibus ad lubricitatem alligant, ac exemplo turpissimo commulent, sed & nonnunquam familiari verbalī conuersatione seducant. Plures aliae ex euangelio colligi possent doctrinae pro paruulis ad imitandum Christum paruulum, vtputa quia voluntarius tuit ad bonum. Mane adhuc in pueritia templum quaesuit. Non in foro, sed in templo. Non in medio puerorum, sed doctorum inuentus fuit. Magis volens obedire Deo patri quam homini. Matrem honore praeventit, & ei obediētiā exhibuit, eam comitando iam inuentus, & patris commissione iam de mandati executione non stetit, sed semper apud Deum, & homines erat, & sapientia crescebat, cuius intellectum vide in Lyra.

Sed forte dicit aliquis citra historię suauitatem delectatus: Quomodo possunt excusari parentes Christi de eorum incuria, quae ita neglexerunt puerū Iesum Ioseph etenim pater pueri putatius idē (secundum Origenem) datus fuit vt curam ferret pueri Et quomodo mater excusari potest? Ad hoc breuiter dicitur cum beato Bernardo in homilia super euangelio praesenti, quod illud non est casu factum sed ex diuina prouidentia sic ordinatum. Nec alicuius parentis incuria, aut negligentia in culpa fuit, secundum Lyram. Sed quia in ipso puero erat videre quasi signa quaedam celestis virtutis & omnis disciplinae specimen incundissimum, & amensissimum. Confabulationes quoque mutuas mira sapientia redolentes, idē ab omnibus rapiebatur, a senibus, & iuuenibus, a singulis trahebatur, putantibus se felices si eius possent incundissima praesentia solatiari. Vnde inquit Bernard. Credo singulos proclamare: Osculetur me osculo oris sui. Cum hac igitur incunditate ingredientibus cunctis ciuitatem sanctam, contemplare, rogo, in

Quo pa-
rentes
Christi
possunt
excusari
de Chris-
ti Amis-
sione.